



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Abbate, qui audiuit in oratione, Dedisti haereditatem timentibus te,
dum timeret Abbatiam à potente aedificatam suscipere, cap. 63

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

res, & exponens eis causam, prædictum iuuenem durius arguit, atque castigauit. Tante autem erat literatura, ut tempore quodam pro negotio ordinis sui Cistercium pergens, in capitulo generali faceret sermonem. Hæc mihi retulit quidam ex senioribus domus illius. APOLLONIVS: Contingit frequenter, ut potentes viri pecunias siue possessiones titulo minus iusto a suis subditis obtineant, & ex eis domus religiosas ædificent; licetne religiosi recipere huiusmodi elemosynas scienter? CAESARIVS: Quicquid conscientiam remordet, conscientiam polluit. Scias tamen hoc quandoque fieri iusto Dei iudicio, sicut subiecto doceberis exemplo.

CAPVT LXIII.

VIR quidam potens & nobilis, in terra sua domum ordinis nostri construere desiderans, cum locum religioni congruum inuenisset, habitatores eius partim pretio, partim minis eiecit. Abbas verò, qui ad eundem locum missurus erat conuentum timens Deo non placere, tali modo pauperes a suis possessionibus alienare, orauit Deum, ut sibi super hoc suam dignaretur voluntatem reuelare. Et non est permissus vir ille iustus de hac re diu turbari. Nam die quadam, cum esset in oratione, huiusmodi vocem audiuit: Dediti hereditatem timentibus nomen tuum. Qui surgens, mox intellexit per vocem propheticam cælitus demissam, voluntatis esse diuinæ, ut homines in deuoti de eisdem possessionibus eiecissent, & viri timorari, Deumque laudantes ibidem locarentur. Sic legitur Dominus terram Chananæorum, & reliquarum immundarum gentium dedisse filiis Israël. Non tamē ista trahenda sunt in exemplum, quia omnis avaritia, omnisque iniustitia, a religiosis detestanda est. APOLLONIVS: Tanto amplius in talibus scandalum vitandum est, quia seculares non libenter claustrales habent vicinos.

Ex bonis alienis monasteriū fundare.

Psal. 60.

Iosue 12